



5C6913

2

MS 2587

(RA 18)






D . O . M . D . Q . M . M . S . V .



Rhetorica data
 a doctissimo
 eruditissimoque
 Domino D.
 Dauedne
 Rhetorica
 professore in
 Collegio Sor
 bona plessaro
 1686.

Jollain ex





ex libro *L. Guyot*



101

L'Éminentissime Cardinal de Richelieu
 mandant par ces présentes à son
 sieur de Lamoignon de faire le
 rapport de l'instance de Jean de
 Lamoignon au Parlement de Paris
 et de lui en rendre compte au
 sieur de Lamoignon qui se trouve
 en la ville de Paris par son
 sieur de Lamoignon principal
 comme il est

80



Cicéron Orateur et Philosophe tres
excellant fut élu preteur et consul. il
géra si bien les affaires publiques quil
fut appelle le sauveur et pere du pays
et second Fondateur de Rome Marc
Anthoine lui fit trancher la teste et
les mains quil fit mettre dans la Tribu-
ne des harangues parcequil auoit escrit
contre luy Jollain excudit.



i
13

ars Rhetorica
ad Institutionem
Rhetoricam.

Praefatio.

Rhetoricam praecip
tionem ratione ut poterimus
facillime tradituri, primo aditu
monitum esse volumus eloquentiam
tyronem, ne quod fere sit, vel mul
tiplici rerum varietate, vel diffi
cultate, qua occurret aliqua, de
terreantur, quominus ad artem
omnium liberalissimam atque op
portunissimam, animum studiosius
adjungant. nam et multitudine
praecipionum contra bene non
obscura brevitate, et laborem oppo
sita dispositione minuemus et quo
niam intelligimus omnia praecip
praecipita, nisi accedat usus fre
quens, parum conferre ad orato

2
rem efficiendum singulicæ præ
ceptionibus quæ ex uno Cice
rone hauriuntur atq; expromuntur
Subjicitur anobis suæ usque atq;
tractio ad unius Ciceronis imita
tionem et ut ab ipsa totius operis
diuisione ordiamur pro triplici
oratoris officio.

Docendi
Mouendi

Delectandi Rhetoricam
totidem in partes distribuimus
quarum prima Rhetorica docens
altera Rhetorica mouens, postre
ma Rhetorica delectans appella
bitur.

Docens inuentionem com
pletetur et dispositionem; nemo
enim quidquam dicere ac docere
possit, nisi quod prius inuenierit
et inuentum ordine disposuerit
cui parti pauca de memoria sub
teximus.

Mouens affectus animi
applicabit, quod qui perspe
ctus habuerit, fleat pro arbi
trio voluntatis.

Delectanda methodum
 eloquendi et pronuntiandi pra
 scribit; atq; ita cum Tullio, Fabio
 caeterisque conueniendum, qui Rbe
 toricam partem assignant. Inuen
 tionem, dispositionem, elocutio
 nem, memoriam et pronunationem.

Prima Pars
 Rhetoricae docentia
 quae est De inuentione.

Caput primum
 De nomine, definitione,
 causis et partibus
 Rhetoricae.

Rhetorica nomen habet
 a graeco ῥηω dico et definitur
 ars bene dicendi.

ars est facultas effectrix
 operis alicujus ex praecipis.

Benedicere est lectissimis
 uerbis et sententiis optimis dicere.

4
Verbum oratoris est ap-
posite dicere ad persuadendum. Fi-
nis oratoriae, idemque rhetoricae
persuadere dictione, persuadere
est injicere firmam opinionem de
aliqua re.

Materia Rhetoricæ sunt
res omnes quatenus in quæstio-
nem cadere possunt.

Quæstio est oratio qua unum
ex his queritur, an sit quid sit,
quatenus sit cur ita sit.

Quæstio quotuplex, infinita
seu thesis, et finita seu hypote-
sis.

Infinita quæstio est qua ge-
neralim et indeterminate qua-
ritur verbi gratia an rhetorica
sit addiscenda; an sit damnan-
dum qui hominem occiderit.

Finita quæstio est qua spe-
cialim ac determinate, hoc est
rem suam circumstantiis personarum
locorum, temporum et cæteris
definiendo ac circumscribendo qua-
ritur, verbi causa an rhetorica
huic homini hoc tempore hoc præ-

5

ceptore sit addiscenda; an sit
damnandus miles qui in via elo
gium occiderit.

Finitarium questionum
seu hypoteseor seu causarum
triplex genera assignatur nempe

Demonstratiuum quod
est presentis temporis et dis
tribuitur in laudationem.

Deliberatiuum quod e fu
turi temporis et habet suasio
nem et dissuasionem.

Judiciale seu iudiciale
quod est praeteriti temporis et
diuiditur in accusationem et
defensionem.

Porro de his questionibus huc
bene et ornate quid discerat.

Primum quae dicat inuenit,
inuentu disponet, disposita elo
quetur: quae fuerit eloquentia post
quam tradiderit memoria pro
nunciabit.

Vnde totius rhetoricae partes
quinque habentur uulgo nimirum.

Inuentio.

Dispositio

Elocutio

Memoria

Et pronuntiatio

His autem quinque Rhetoricis
muneribus exequendis habet orator
adjumenta uaria et quidem

Naturæ quæ præparat et inchoat
animi corporis que bona sufficiens
artia quæ excolit et perficit
præcepta suggerendo

Exercitationis qua roborat et
confirmat, habitum comparando
et quoniam in hoc exerceri primum
debent Rhetoricæ studiosi ut dis-
cant dilatare orationem et suis
numeris concludere atq; exornare;
operæ prælium est pauca prætermit-
tere de periodo, antequam plenos in-
uentionis fontes aperiantur.

Caput Secundum
De Periodo.

7

Periodus est circuitus uerbo-
rum et sententiarum sensum
perfectum efficiens, qualis est haec
Ciceronis in exordio pro a. Laetina
... Si quantum in agro locis que de-
sertis audacia potest, tantum in
foro atq; in iudiciis imprudentia
ualeret: non minud in cauda sede-
ret a. Laetina s. Ebulii imprudentia;
quam in ui. facienda cessit audacia
et haec altera qua orditur oratio
nem de prouinciis consulari bus
... Si quidem uestrum, p. conscripti,
expectat quas si in prouinciis de-
creturud: consideret ipse. Secum
qui mihi homines ex prouinciis
potissimum detrahendi sint, non
dubitabit quid me facere conueniat
cum quid mihi dissensire necesse sit
cogitarit...

Haec postremo quam facilitate
causa proponimus...

Si quantum uirtute bellica ceteris
imperatoribus procelluit alexander:
tantum et eodem temperantia laude
superuissit, non minus uenerandis

8

apud posteros habuisset, quam apud suos habuisse dicitur amoris, imperii, dignitatis,

at circuitur ille duplici partium genere constat in cubris nimirum seu colide, et commatibus et incisid, qua et intercessionem et articuli nominantur.

Membrum est oratio perfecti sensus, at suspensi tamen sic ut nandum tota sententia praecipiat, ut... si quantum virtute bellica ceteris imperatoribus praecellit alexander... ecc perfectam orationem ac Deo suspendam quomodo aliquid expectetur praeterca.

Secunda dicitur cum singula membra aut singula frases inter portionibus distinguuntur, causa veluti oratione imminutae partes, exempli causa... quam apud suos habuisse dicitur amoris, imperii, dignitatis.

Periodus vel est simplex hoc est unius membri; vel composita, hoc est duorum, trium, aut quatuor.

7
membrorum; raro enim aut po-
tius nunquam ad quinque membra
aut plura produci debet. esto
exemplum periodi uno membro cond-
tanti... alexander temperan-
ter uiuendo uenerationem apud
posteror habuisset.

Per conjunctionem, si bi-
membrum efficiet hoc facto... si
temperanter uiuisset alexander
apud posteror uenerationem habuis-
set.

Per aduerbia, tantum, quantum
sibi mutuo respondentia, bimumbrum
efficiet, hoc modo... si quantum
uirtute bellica ceteris imperatori-
bus precelluit alexander tantum
et eodem temperantia laude supera-
uisset uenerationem apud posteror
habuisset.

adde hanc aduerbia, non minus
quam, habebis quadrumbrum, ut in
primo exemplo... si quantum &
unde his facillime periodum ad
plura membra producet, uel in-
pauiora pre arbitrio contrahet, qui

habebit ad maiorem hanc uocabula
 inuicem respondentia, et si, tamen;
 non minus: quam, non modo: sed
 etiam: tum, tum, ut ita: et, et: uel,
 uel: adeo, ut, tam, quam: tantum,
 quantum: tot, quot: & id genus.

Neque tamen periodus non erit
 si minus huiusmodi particulis inci-
 ciatur: dum aliud de sua in membris
 coherencia et suspensio extiterit, ut
 in exemplo Superiori... Siquis ues-
 trum, Iudicet, &.

Modus amplificationis periodi
 repetetur ex locis atq; adjunctorum
 potissimum de quibus in præceptis
 inuentionis.

Quæcumque oratio periodica
 non progreditur ea incisim seu
 per incisa dicitur procedere. hoc est
 uel per distincta uerba ut Cicero
 in Libonem... adules op estis o
 labed... a Superiori exemplo...
 amoris, imperii, dignitatis, ... aut
 per sensus distinctos ut eadem oratione
 Cicero... cum extinguebatur Senatum

uendebat huius ordinis auctoritate
latam, addicebat Tribuno plebis,
consulatum tuum, temp euertebat,
prodebat caput ac salutem meam
in a mercede provinciae.

Ratio numerica elaudendi
periodum assidua latrone Cicronis
comparabilur et obseruatione nume
rorum.

aduerte demum usurpanda pe
riode locum esse, ubi aliquod orna
te grauiterq; dicendum ut in laudo
lionibus, maxime uero in cordi
in reliquis uel dicendi generibus,
uel partibus orationis periodum
aut parca adhibebis aut breuon.

Capitulum Tertium De Inuentione.

Inuentio est argumentum
cogitatio.

argumentum uulgo definiunt
probabile inuentum ad faciendam
fidem. breuius et clarius ratio qua
probamus id quod propositum est.

Argumenta petuntur ex locis
 Locus est sicut argumenti.

¶ OTTO locus et argumentum pro
 miscue sumuntur et utrumque
 nihil est aliud, quam e loco Rheto
 rico sumpta ratio probanda rei vel
 est locus seu argumentum ab effec
 tu est cum e loco ab effectu ratiō
 ducitur probandi aliquid de aliqua
 re per ipsius effectum; ut si uelim
 probare uoluptatem esse sugien
 dam reddam ab effectu uoluptatis
 Rationem sic quia corpus et ani
 mum corrumpit.

¶ Loci uel sunt communes uel spe
 ciales.

COMMUNES loci continent argu
 menta tribus causarum generi
 bus communia.

SPECIALES continent argumenta
 singulorum causarum generibus pro
 pria.

RURSUM loci communes alii
 dicuntur intrinseci quod petuntur a
 qualitate intrinsecis, hoc est in ei
 lide in ipsa re cum ea qua conuenit

9

his: alii extrinseci, quod ab iis ducen-
tur qua extra rem cum ea qua non co-
baerent.

Capitulum quartum De Locis communibus Intrinsecis.

Loci communes intrinseci sex de-
cim numerantur. Puta.

Definitio

Notatio Nominis

Enumeratio partium.

conjugata

geniue

Species

causa

effecta

Similitudo

Dissimilitudo

Contraria

Repugnantia

antedecedentia

adjuncta

4
consequentia
comparatio.

sectio prima De Definitione.

Definitio est oratio explicans
rei naturam, ut homo est ani-
mans rationis compos; unde sic
argumentari licet, non deest ho-
minem caeco impetu, ut bruta,
ferri, quia est animans rationis
compos. Sed haec definitio constans
genere et differentia rei quae defi-
nitur philosophi propria est magis,
quam oratoriae, qui cum studeat
amplificationi definit praeterea.

Per causas de quibus mox, ut
si hominem definiat animat
ex mortali corpore conflatum supre-
mi artificis opus excellens, im-
mortali anima praeditum ad bea-
titudinem natum unde concludas,
quod est singularium causa-
rum definitionibus ut paulo
inferius.

15

Per effecta, ut si hominem appel-
let inventorem artium, cultorem
disciplinarum, institutorem legum,
unde concludat quod inferius ab
effectis.

Per adiuncta ut si hominem vo-
cem animam providum, sagax, ca-
terorum animantium Regem unde con-
cludat plurimum in eo inesse dignitatis.

Porro istae definiendi ratione et
libertate oratoria circumductae po-
tunt descriptiones appellandae sicut
quam definitiones accuratae eujus-
modi est prima hominis illa quam
attulimus animans rationis compos,
verum de his fusius in figuris.

Sectio Secunda.

Locutio a Notatione Nominis.

Notatio nominis est oratio
vim verbi explicanda, ut homo quem
sic dicitur ab humo velunt; quae
vox terrestrem humilem ejus naturam
significat unde sic argumentari licet
non est quod homo superbiat quia
ex humo nomen habet. videtur hoc
loco Cicero libro de oratore ad Brutum,

ut probet debere oratorem elocu-
 tione praesertim excellere... quem
 oratorem intelligit, hoc est excellere
 id oratione, caetera in eo latere in-
 dicat nomen ipsum; Non enim
 inuuntor, aut compositor, aut actor.
 Sed et graece ab eloquendo $\phi\lambda\tau\omega\epsilon$
 a latine eloquendi dicitur est,
 idem philippica 2^a ostendit brutum
 iure abe ornari, hoc est laudari...
 animaduerti diei iam a quibusdam
 a me nimium ornari brutum nempe
 eos qui sunt ornamenta patria orna-
 ri deet. Erasimus in panegyrico ad
 philippum hispaniarum Regem au-
 guratur ipsius futuram ex bellicis
 rebus gloriam ab etymologia no-
 minis... quid quod istud ipsum
 philippi nomen omnino Instur no-
 bis est, qualiter sis in bello futurus,
 et enim uox philippi ab stedio equo-
 rum graecis dicta, proinde sonat
 latius quasi bellatorem dicas ac
 militaris rei diligentem.

Sectio Tertia

Locus ab Enumeratione partium

Enumeratio partium est cum totum per suas partes designamus ut si corpus et animus designaris totum hominem significaris si nobilitatem, senatum, equestrem ordinem, et cetera dixeris totam civitatem dixeris unde locus ille corruptus est quia corpore et animo corruptus, mortem Ciceronis dolet universa civitas, quia senatus dolet, nobilitas dolet & Cicerone oratione in pisonem probat illum esse omnibus odiosum... age senatus odit te quod cum tu numero sexagesimo quarto et eadem oratione ostendit consulatum pisonis probatum esse nemini quia uxerit omnes quibus eum rem habuit... omnes ecce totam memoriam huius consulatus facta, morem, faciem denique ac nomen a republica detestantur legati qui una fuerant alienati ecce partium enumerationem, tribuni militum inimici centuriones, et si qui ex tanto exercitu reliqui milites

existunt, non demissi abs te, sed
 dissipati, te. oderunt tibi pestem exoptant
 te execrantur. uexata exhausta
 libellata uexata lacerata albena
 a qua sequuntur tota reliqua per
 oratione idem in uerben probat
 non habere siculode quo confugiam
 nisi ad senatum... quo confugient
 socii, quem implorabunt? a philippi
 ca septima negat pacem fieri posse
 cum antonio per omnium ordinum
 enumerationem... qua potest esse
 pax & numero uigesimo 4^o a i^o.

Sectio quarta

Locua a Coniugatiue.

Coniugata sunt qua ab eodem
 uocabulo originem ducunt, ut homo
 humanus, humanitas, unde non
 est ille in hominum numero recen
 sendus, quia humanitatem non colit
 Cicero pro marcello probat casurum
 inuictum esse, qui uictoria uim de
 uicerit...

Itt san uictoriam uicisse uiderit
 cum ea ipsa qua erat illa a depta,
 uicta remissit, nam cum ipsa

19

victoriae conditione iure omnium
 aucti occidissimum clementia tua
 iudicio conservati sumus. rite igitur
 hoc inuictus unum es, a quo etiam
 ipsius victoriae conditio usque est
 devicta... et philippica 2^a negat
 a se antonium et consulentem tractan-
 dum... non tractabo illum ut
 consulentem, ne ille quidem me ut con-
 sularum dicitur prisonum, probat
 iure se consulis et senatus auxi-
 lium aduocasse ut improbos coere-
 ret... cum esset omnis illa causa
 consularis et senatoria auxilio
 mihi opus fuerat a consulis et
 senatus.

Sectio quinta
 Locum a genere.

Genus est cui subsunt nullae spe-
 cies, ut animalia, cui subsunt ho-
 mo canis, leo & virtutes cui subsunt
 prudentia, iustitia, fortitudo & unde
 homini reserendum est. ad sustentan-
 dam vitam, quia omni animalis
 reserendum est unde iustitia homini

colenda, quia uirtus colenda est
 Cicero pro archia poeta probat ar-
 chia gratiam indulgeri a suis iudi-
 cibus oportere ut poeta nimirum
 quia nomen poetarum omni bue
 rebus etiam in animis uenerationi
 fuit... Sit igitur Iudices sanctorum
 apud uos humanissimos homines
 hoc poeta nomen, quod nulla unquam
 barbaria uolauit, saxa et solitudines
 uoce respondent, bestia saepe immanes
 cantu flectuntur et consistunt uoce
 instituti rebus optimis, non poetarum
 uoce moueamur? idem in oratione
 pro calio probat ignoscendum ipsi
 ut iuueni, quia solent iuuentuti con-
 donari multa... datur, inquit, con-
 cessione omnium bue aliquis ludus
 atali, ipsa natura profundit adolecen-
 tia cupiditate, quae si ita erumpunt
 ut nullius uitam lae factent nul-
 lius domum euertant, faciles et
 tolerabiles haberi solent & unde
 concludit calii iuueniles Impetual
 excusandos esse a numero uigesimo
 octauo pene ad trigessimum.

Sectio Sexta

Locus & Specie.

Specie est pars generi sub
 jata qualis est prudentia quae sub
 virtute continetur. unde virtus
 colenda est, quia prudentia colenda
 est. Cicero actione in Verrem 5^a,
 probat eum omnes res apud om-
 nem Siciliam depraedatum esse
 ... nego in Sicilia tam locuplete,
 tam veteri provincia, tot oppida
 tot familias, tam copiosae vellum
 argentum Vad, ullum corymbium
 aut deliacum fuisse: nego ullam
 gemmam, nego ullam picturam
 & quin quascumque, inspexerit, quod
 placitum sit abstulerit. & idem ca-
 tiliaria 2^a omnem rationem ca-
 tiliaria conjurationis detestatur
 Sic per Specie ostendit. ... cum ille
 homo audacissimae conscientiae con-
 uictus primo relicuisset, pate feci
 caetera, quid ea nocte egisset, ubi fuisset,
 quid in proximo conliluisset, quemadmo-
 dum ei ratio totius belli descripta do-
 mi, cum basitaret, cum cunctaretur
 quaesivit quid dubitaret eo proficisci,
 quo iam pridem peruenerat, cum arma,

cum secure, cum fascibus, cum tubis, cum signa militaria, cum aquilam argenteam cui ille etiam sacrarium scelerum domi suae fuerat si rem esse praemissam &

Sectio Septima

Locus a Causis

Causa est quid quid producit effectum
 et quadruplex est.

Materialis quae est id ex quo aliquid conficitur, ut ex luto homo, unde non est quod homo tanto opere glorietur, quia ex luto constat. Cicero libro primo de natura deorum ostendit siderum dignitatem ex materia... atque hanc mundi diuinitate perspicua tribuenda est sideribus eadem diuinitate qua' ex mobilissima purissimaeque parte aetherae gignuntur neque ulla praetera sunt admixta natura, totaque sunt calida atque perlucida... et aitione 6^a in sterram accendat eum quod futurum esset candelabrum pretiosissimum et huius facti gravitatem ostendit a causa materiali... candelabrum e gemmis numero sexagesimo quarto, fucantur decimos farsalidos regiam

interiorem & leopatra a causa mate-
riali sic laudat.

ipse, locum, templi quod uix corruptione
extruat, ^{atque} instar erat, laqueataque tecta
ferbant

nec summis crustata domum scelisq;
nitebat,

diuicias, crassumq; trabes absconderat
aurum.

marionibus, stabatq; sibi non sequis
achates,

purpureusq; lapis totaq; effusus in aula
calcabatur onix. &

Formalis quae est id est cur unum ab
alio distinguitur ut per animum immor-
talem homo a ceteris animantibus
differt, unde homo non debet res caducas
& perituras querere quia constat ex
animo immortalis. Cicero libro 1o de of-
ficiis concludit uoluptatem homini
esse fugiendam ex dignitate ac prae-
stantia humani ingenii... Si consi-
derare uolumus quae sit in homine
natura excellentia et dignitate intelli-
gentiae quam sit turpis diffluere mol-
litas et delicata uiuere; quam quae ho-
nestam sit parca, continenter, seuer-

Sobrie & idem pro seculo contendit
mortem sibi non timendam fuisse,
ex anima natura et constitutione...
an mihi ipsi, ut quidam putant fuit
mors a quo animo ^{opprobrii} ~~appetenda~~? quid
& numero quadragesimo septimo.

In Tebude inanimis, arte factis
et constantibus materia forma est
quam vulgo figuram appellant, unde
Cicero verrem arguit sacrilegii, quod
simulacrum Dianae abstulerit, atq;
illud a figura describit... haec erat
posita Segesta, Dianae templum in-
telligit, sane excelsa in Badi, in qua
grandibus litteris p. africani nomen
erat incisum: erat admodum amplum
et excelsum signum cum stola, verum
tamen inerat in illa magnitudine
atque atque habitus virginali
Sagittae pendebant ab humero, sinistra
manu retinebat arcam dextra arden-
tem faciem praeferebat hanc cum iste
sacrorum omnium hostis, religionumq;
prædo vidisset. &

Efficiens quæ est id a quo fit aliquid
ut homo adeo factus unde notus est
quod homo se negligat atq; adiciat

quia Dei prepotentis ex opus. Cicero²⁵
 libro de Senectute probat voluptatem esse
 fugiendam, quia causa est efficiens ma-
 lorum plurimorum... sine patria
 prodicione, sine rerum publicarum
 euerfione, sine cum hostibus et an-
 destina consilia nasei dicebat; nul-
 lum denique scelus, nullum mag-
 num factum esse ad quod suscipiendum
 non libido voluptatis impelleret...
 eodem libro Senectutem ostendit immu-
 nem esse ab incommotis permulsi-
 quia causas eorum efficientes non ha-
 beat... caret epulis, extructis mensis
 et frequentibus poculis; caret ergo
 uinolentia, et eruditate, et in summis
 idem oratione in prisonem probat eum
 amentem esse, qui esset ausus supli-
 cationem a senatu postulare, cum pos-
 tulandi causas non haberet contrarias
 ... nam ille quirces atque bellus
 natur ab domini suo non laudi atq;
 gloria, cum equites Romanos in pro-
 uincia, cum publicanis nobis cum
 uoluntate et dignitate conjunctos, mel-
 lor fortunior, mellos fama uita que
 priuasset, cum exisset aliud nihil In

exercitu nisi ut urbes depopularetur
 agros vastaret, castrorum domosque
 audus est (quid ille non audere) a
 senatu per litteras supplicationem
 postulare, o dii immortales &c.
 et actione. 3^a in Verrem probat eum in
 furoribus agi, ex laudis quibus uni
 muer humaner in animantium pra
 cipitari soleat, ... multa in Deos et
 in homines & numero 6^o et 7^o.

Finalis qua est id cuius gratia fit
 aliquid, ut homo ad celestem beatitudinem
 factus, unde non licet hominem terre
 rida immorari, quia est ad coelum natus.
 Cicero pro R. amerino negat debuisse
 amerinum in Iudicium vocari ab ad
 uersario quia causam vocandi non ha
 buerit... quid uide amplius, quid inte
 querit, quid oppugnare... pro milone
 numero centesimo quadagesimo quarto
 probat et odium insidialorem fuisse,
 et sine quem sibi proposuit insidiando
 ... quoniam igitur pacto probari potest
 insidiar miloni fecisse et odium, satis
 est quidem in illo tam audaci tam ne
 faria bellua docere magnam eius
 magnam spem in milonis morte

27

propositam esse, magna utilitate
 fuisse itaq; illud cassianum cui bono
 fuerit in his personis valeat; Et si
 bono nullo emolumento impelluntur
 in fraudem improbi saepe paruo; atqui
 milone interfecto Lodiu hoc adle
 quebatur, non modo ut jurator esset
 non eo consule, quo sceleris nihil fa
 cere posset, sed etiam ut his consuli
 bus jurator esset, quibus si non ad
 iuvantibus, at conuientibus arte spe
 rasset se posse rempublicam cludere in
 illis suis cogitatis furoribus, cuius
 ali conatur, ut ille rationabatur, ne
 si cupere reprimere possent, cum tan
 tum beneficium ei se debere arbitra ren
 tue, ut si uellent, fortasse uix possent
 frangere hominis sceleratissimi corrob
 ratam iam ueritate audaciam.

Sectio octaua.

Locuta ab effectis

Effecta sunt ea quae oriuntur ex
 causis ut artes, disciplinae, leges ab
 humana industria, et mollitudo ex deli
 ciis; unde in patre habendus est homo
 quia ex eo sunt artes, disciplinae &c.

abstinendum a deliciis quia mol-
 ler homines efficiunt. Cicero libro
 primo de oratore eloquentiam com-
 mendat ab effectibus... nequaerum mibi
 quidquam praestabilius uidetur, quam
 posse dicendo hominum coelestis tenere,
 mentes allicere, uoluntates impellere
 quo uelit, unde autem velit deducere;
 a paulo post... quid enim est tam ad-
 mirabile, quam ex infinita multitu-
 dine hominum existere unum, qui id
 quod a natura est datum, ut soluat,
 ut eum pauca facere possit; aut
 tam incundum cognita atque auditu,
 quam sapientibus sententiis, graui-
 busque uerbis ornata oratio a perpolitae;
 aut tam potens, tanquam magnificum
 quam populari motu, iudicium religio-
 nis, senatus grauitatem, hinc
 oratione conuersi; quid porro tam
 admirabile & numero nono... iam
 uero si effectus ejus iram intelligit,
 damnaque intueri uelide, nulla pestis
 humano generi plura stetit, uidebitur
 uides ac uerena a reorum multas sor

17
29

deur, a urbium cladem, a lotatum
causa gentium a principum sub ci
uili hasta capita uenalia, a subie
tae teetide facere ne intra moenia
coeritos igne, sed ingentia spatia
regionum hostili flamma perlucentia.
a spice nobilissimarum ciuitatum fun
damenta uix notabilia, haec ira disie
cit, aspice solitudines sine habitatione
deserta, haec ira exhaesit, aspice
tot memoriae proditorum duces, mali
exempla fati, alium ira in cubili suo
confecit, alium inter sacra percussit
alium inter leges celebrisq; specta
culum fori lancinavit, alium filii
parricidio dare sanguinem iussit,
alium seruili manu regalem aperire
cervicem, alium in eruentem membra
diuidere: a adhuc singulorum supli
cia narro. quid si tibi libuerit, relie
tia in quos ira uirum exarcat, aspi
cere causas gladiorum conciones et
plebem inmisso milite contruidalam
a in perniciem promiscuam lotos popu
los capillia damnoe passor.

Clodianus in panegyrico de Nescido
 in consulatu laudat iustitiam ab effectis
 fas auidetur qua' eunq: uolat rabiemq:
 tremant ede.
 deposuere fera' latatur terra reuerso
 numine, quod prisca tempora perdidit
 auri
 et paulo post tu prima bouinem syl
 uestribus antrid.
 elidit et fado detergis saecula uictu,
 te propter colimas leges, animosque
 ferarum
 eximius, nihilis quisquis te sensibude
 b ausit
 irruet intrepidude flammis, biberne
 caecabit
 aequora, confertor hostes superabit
 in armid
 ille ut althiopum pluuie solabitur
 astud
 illum transcilbian uernus comita
 bitur aer.

Sectio nona.

Locus a similitudine.

Similitudo est rerum distincta
 rum in aliqua re convenientia, quales
 hominis irati cum leone, sciēte.
 unde homo debet iram fugere, quia

18

per eam furenti leoni simili³¹
efficitur. Cicero pro R. Amerina
Syllam excusat, quod eum gere
ret remp. prospicere omnibus rebus,
atque omnia mala cauere non po
tuerit; a similitudine cum Ioue opt
max. quo etiam conuiente ac
permittente mala plurima eueniunt
hominibus... etenim si Iupiter
opt. max. cuius uultu et arbitrio
coelum terra mariaq; reguntur, saepe
uentis uehementioribus aut immo
deratis tempestalibus, aut nimio
calore, aut intolerabili frigore, homi
nibus nocuit, urbes deleuit, fruges
perdidit, quorum nihil perniciosi causa,
diuino consilio sed ut ipsa, et mag
nitudine rerum factum putamus; at
contra commoda quibus utimur, lu
cemq; qua fruimur, spiritum quem
ducimus, ab eo nobis dari atque im
petari uidemus: quid miramur Lu
cium Syllam eum solueret republi
cam gereret, orbemq; terrarum gere
ret, imperii maiestatem quam armis
acceperat, legibus confirmarat, ali
quam aduertere non potuisse, nisi hoc
mirum est quod uis diuina absequi

32
non possit si id mende humano
adepta non sit. . . idem in oratione pro
murena ostendit sui quasi muneris
esse prae monstrare iis qui ad rem p.
accedunt, quem instituerit cursum
debeant, a similitudine cum nauibus
. . . quod si exortu soluentibus ii qui
iam in portum ex alto uehuntur pra
cipere summo studio solent et tem
pestatum rationem et praedonum et
locorum, quod natura affert, ut eis
facilem uide ne in eadem pericula qui
bude node perfurati sumus ingrediun
tur: quo tandem me animo esse oportet,
prope iam ex magna iactatione
terram uidentem, in hunc cui uideo
maximae reipublicae tempestates
esse subeundae. . . uide et pro Sece
lio numero quadragesimo quarto
pene bude parem argumentationem
a similitudine, item Catilinaria 4^a
numero duodecimo, et pro R. comedo
numero quadragesimo quarto.

Sectio Decima
Locus a dissimilitudine
Dissimilitudo est rerum ali

33

quatenus similitum in aliqua re
discrepantia, qualis est inter mor-
talem hominem et immortalem De-
um, unde non est quod homo immor-
tali Deo se compareret, quia mortalis
est Cicero pro Murena ostendit non
debere Iudicem eodem modo de mu-
rena iudicare, quo Lucius Catilina
iudicaret si esset in illius causa
Iudex; idque probat ex dissimilitu-
dine iudicium a Catilina in rem p-
affectum... Si L. Catilina cum suo
concilio nefariorum hominum quos
secum aduxit, hoc dicitur possit Iudicare,
condemneret L. Murenam, si interfici-
cere posset, occideret, petunt enim ratio-
nes illius, ut orbetur auxilio resp.
ut minuatur contra suum furoribus
imperatorum copia, ut major faul-
tas tribunis plebis detur de pulso
adversarios seditiosis ac discordia
conciatanda. Idem ne igitur celestium
splendissimorum ordinibus honestissimi
atque sapientissimi viri iudicabunt,
quod ille importunissimus gladi-
ator, hostis resp. Iudicaret... Idem

34
pro Rabirio negat Sabinum esse
popularem, qui dissimilia popularibus
uiris usurpet. . . hic se popularem di-
cere audeat & numero decimo quinto.
Vide et pro Sextio numero trigesimo 7^o.

Sectio Undecima Locus a Contrariis.

Contraria sunt ea quae simul
conuenire non possunt, qualia sunt
virtus et vitium. unde in hoc homine
vitium non est, quia Virtus est. Cic.
calilinaria 2^a probat exprimi posse
calilinam et Vini. . . instruite nunc,
quirites, contra haec tam praedelarata
calilinae copiae uestra praesidia, uestrisq;
exercitibus et primum gladiatori illi
confecto et Saueio consules imperato-
resq; uestrae opponite. Deinde contra
illam nostrarum ejetam manum
ac debilitatam florent totius italiae
ac robur educite. iam uero urbes colo-
niarum et municipiorum responde-
bunt calilinae tumultibus Syluestribus;
neque uero caeteras copias, ornamenta,
praesidia uestra cum illius Catronis

inopia atq: egestate uideo conferre
 . . . idem in Verrem quarta osten-
 dit non posse ab Hortentio defendi
 Verrem . . . et tunc uero quid faciat
 Hortentius &.

Sectio Duodecima

Locus a repugnantibus.

Repugnantia sunt ea quae
 in uicem pugnant, quomodo respu-
 nat aliquem ab aliquo amari, et ab
 eodem uersari. unde, is non te uer-
 sabit, quia te diligit. Cicero pro Coelio
 ostendit falsum esse quod aiebant
 aduersarii, Coelium Suis municipi-
 bus probatum non fuisse, nam quod
 est obiectum municipibus esse adole-
 centem non probatum Suis, nemini
 unquam praesenti puteolani maiores
 honores habuerunt, quam absenti
 M. Coelio quem et absentem in an-
 plissimum ordinem cooptarunt, et eum
 non petenti delulerunt, quae nulli
 petenti bus denegarunt; iidemq: nunc
 saluberrimos uiros et nostri ordinis,
 et equites Romanos cum legatione ad

hoc iudicium, et eum grauissima atque
ornatissima laudatione miserunt...
et pro Sylla probat non esse incredibile
ut uelit Catilinam defendere... sed
quid? & numero octogesimo 3^o... uide
et pro Coelio numero quadragesimo
quinto ubi negat coelium Volupta
libere deditum fuisse.

Sectio Decima tertia Locus ab antecedentibus

antecedentia. Sunt ea quae rem
necessario et quasi necessario antecedunt,
ut Vitam hominis natiuitas diem
ortum sol antecedit. unde, dies est, quia
sol ortus est... Cicero in oratione pro
Milonem ab antecedentibus probat non
Clodio milonem, sed miloni Clodium
insidiarum posuisse... uideo adhuc
constare, Iudicium: Miloni etiam utile
fuisse Clodium uinere; illi ad ea quae
concupierat optatissimum interitum
Milonis fuisse; odium illius in Bure
acerbissimum, in illum huius nullum;
conductum illius perpetuum in
inferenda, huius tantum in repellenda;

Mortem ab illo denunciatam philani
 Miloni et praedicatam, nihil unquam
 auditum ex Milone; profectiois hujus
 diem illi notum; reditum illius ignotum
 huic fuisse; hujus iter necessarium,
 illius potius alienum; hunc pra se
 tulisse se illo die ^{Romam} profecturum;
 hunc eod die se dissimulasse reditu
 rum; hunc nullius rei mutasse con
 silium, illum eandem mutandi con
 silii finis esse; huic si insidiaretur
 nocte prope urbem expectandum, illi
 etiam si non timeret, tamen excessum
 ad urbem nocturnum fuisse inveni
 dum... Vide et pro Murena numero
 decimo tertio... et octava philippica
 numero quarto.

Sectio Decima quarta
 Locus ab adjunctis.

adjuncta sunt ea qua rem eis
 constant cum ea qua conjuncta ha
 rent, et haec omnia versiculo conti
 nentur.
 quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur quo
 modo quando.

Hoc est persona, res locus auxilia
 seu facultas, ratio seu modus consi

ciendi, tempore, unde is illum non occi-
dit, quia natura humanissimus et
mitissimus, quia non est ad eadem
factus, quia neque opportunam locum,
neque facultatem, neque curam,
neque rationem, neque tempus habuit
occidendi.

a Persona Cicero negat Roscium
parricidam esse... patrem occidit S.
Roscius qui homo? adolescentulus cor-
ruptus, et ab hominibus nequam indu-
tus? annos natus magis quadraginta,
uelus uidelicet sicarius, homo audax
et saepe in eadem versatus? at hoc ab
accusatore ne dici quidem audistis: lu-
xuriae igitur hominem nimitum et
auidae alieni magnitudo, indomita ani-
mi cupiditate ad hoc scelus impule-
runt? de luxuria purgavit Erucius
cum dixit hunc ne in conuiuio quidem
ullo fere interfuisse; nihil autem
unquam debuit cupiditates porro quae
possunt esse in eo qui ut ipse accusa-
tor obiecit, ruri semper habitauit,
et in agro colendo semper uixerit? qua

vita maxime disjuncta a cupiditate,
 et cum officio conjuncta... Idem in
 oratione pro Dejotaro negat saltasse
 Dejotatum ab adjunctis persona, nu-
 mero vigesimo sexto... Idem phi-
 lippea 3^a numero vigesimo octavo et
 sequentibus bellum suadet in Antonium
A **B** ipsius rei natura Cetero argu-
 mentatur pro lege manilia, et pro-
 bat suscipiendum esse bellum acriter
 explicando quid et cuius generis bellum
 sit... genus est ejusmodi quod maxi-
 me animos uestros excitare, atque
 inflammare debet, in quo agitur po-
 puli & gloria, que uobis a majori-
 bus cum magna in rebus omnibus tum
 summa in re militari tradita: agitur
 salus sociorum atque amicorum, pro
 que multa majores uestri magna
 et graua bella gesserunt: aguntur
 certissima populi & vectigalia et ma-
 xima, quibus amissis et pacis ornamento
 et subsidia belli frustra requiritis: agun-
 tur bona multorum ciuium quibus est

et a vobis et ab imperatoribus reip
 consulendum

A LOCO Cicero pro milone probat
 Clodium insidiatorem fuisse... Vi
 deamus nunc id quod caput est locus
 ad insidiandum ille ipse ubi congressi sunt,
 utri tandem fuerit optatior, id vero
 Iudicem etiam dubitandum et diutius
 cogitandum est ante fundum Clodii,
 quo infundor, propterea insanae illas
 substructiones facile mille hominum
 versabantur Valentium: atque ex
 celso loco superiorem se fore puta
 bat Milo, et ob eam causam eum
 locum ad pugnam potissimum dele
 gerat. at in eo loco potius expectan
 dum ab eo qui ipsius loci spe facere
 impetum cogitavit. Haec loquitur,
 Iudicem, ipsa: quae semper Valer
 plurimum. Idem philippica 2^a anto
 nii turpitudinem exaggerat a dignitate
 loci quem vomitu conspurcaverat...
 o Rem non modo visum fœdum, sed
 etiam auditum. si inter coenam in ludo
 ullius immanibus vocibus tibi contigis
 set hoc quis non turpe duceret? in coelu

4i

vero populi & negotium publicum gerenda, magister equitum, cui rupta re turpe esset, is uomens frustis esculentis, uinum redolentibus gremium suum et totum tribunal impleuit...

Vide et numero centesimo 4o ejusdem orationis... oratione 2a in & nullum probat campanorum esse arrogantiori ingenio ex natura loci quem incolunt; numero nonagesimo 4o uide et pro milone numero 9o 2o.

α β auxiliis, orator probat idem quod superius pro Milone... age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. Semper ille ante cum uxore, tum sine ea; nunquam non in rheda, tum in equo. comites graeculi quocumque ibat, etiam cum castra Etrusca properabat, tum rugarum in eo comitatu nihil, uilo qui nunquam tum eade pueros cum phoniaeode ducebat, et an syllarum greges. ille qui semper secum scorta exoletode, semper pupae ducebat, tum neminem nisi ut uirum a uis leelum esse dicebat. lux igitur uictus est. &

numero quinquagesimo sexto
 a Cassio idem probat eadem
 oratione... quoniam igitur praetor
 probari potest insidiarum Milone fe-
 cisse Clodium? Satis est quidem in
 illa tam audaci tam nefaria Bellua
 docere magnam ei causam magnam
 spem in Milonis morte propositam,
 magnam utilitatem fuisse itaque
 illud Cassianum, cui bono fuerit, in
 his personis valet... atque Mil-
 one interfecto Clodius hoc assequi
 batur, non modo ut praetor esset non
 eo consule quo sceleris nihil facere
 posset; sed etiam ut his consuli-
 bus praetor esset quibus si non ad-
 iuventibus ut conuenientibus certe
 sperasset se posse remp. cludere
 in illis suis cogitationibus furoribus;
 cuius illi conatus, ut ille ratioe inu-
 batur, nec si cuperent, reprimere pos-
 sent, eum tantum beneficiam ei se
 debere arbitrarentur, et si uellent for-
 tasse uix possent frangere hominis sce-
 leratissimi corroboratam iam uetus-
 tate audaciam.

a modo Suratione qua Clodius

uulneratur est, idem eodem loco⁴³
 Cicero probat. . . si haec non gesta
 audiretis, sed pieta uideretis, tamen
 appareret uter esset insidiator, uter
 nihil cogitaret mali, cum alter uehere
 tur in rēda penulatur, una sederet
 uxor, quid horum non impedibilium?
 Vestitura, an uericulum, an comes? quid
 minuat promptum ad pugnam? Cum
 penula irclitua, rēda impeditis,
 uxore pene constrictus esset.

a temporidē adjuncto idem ea
 dem oratione. . . Videte nunc illum
 primum egredientem e Villa subito
 eue uesperis? quid necesse est tarde?
 qui conuenit, praesertim id temporis?
 diuertit in Villam Pompei. Compitium
 ut uideret? Sciebat in altiorii esse
 procul inde Villa, ut perspiceret
 hanc Villam? millicē in ea fuerat
 quid ergo erat illi ora a tergi uersati
 onide? dum hic ueniret, secum relin
 quere noluit

Scelto Decima quinta
 Locus a consequenti uia,

Consequentia sunt ea quae
 rem necessario, uel quasi necessario
 consequuntur; ut ex natiuitate ho-
 minum uita; ex orto sole dies con-
 sequitur. Unde Caesar natus est,
 quia uixit; sol ortus est, quia dies
 est... Cicero eadem in re et oratione
 pro Milone argumentatur a conse-
 quenti'bus... quod si mundum satis
 cernitis, cum res ipsa tot et tam claris
 argumentis signisque luceat, pura-
 mente atq; integra Milonem uullo
 scelere imbutum, nullo metu perterritum,
 nulla conscientia exanimatum,
 Romam reuertisse; recordamini per
 Deos immortales, quae fuerit celeritas
 reditus eius, qui ingressus in forum
 ardente curia, quae magnitudo animi,
 qui Vultus, quae oratio neq; uero & nu-
 mero 6. 2.º... Idem pro Flacco detor-
 ret Iudicium a consequenti'bus malis,
 ne faueant accusatori'bus... cuncta
 bella uobis dabitur & numero nona-
 gesimo nono... Vide et libro tertio de

45

oratore, ubi populum R. consolatur
 de morte Crassi, ab iis in comno didi
 que ipsius obitum consecuta sunt...
 Vide et pro Cluentio numero decimo
 7^o et 10^o h^o.

Secchio Decima sexta
Locus a comparatione.

Comparatio est rerum duarum
 uel plurium collatio, eaque triplex
 institui potest.

Majorum ad minora, ut regis
 cum ciuibus, unde Cives Deo seruire
 par est, quia seruiunt reges. Cicero
 pro Milone numero decimo 6^o pro
 bat non esse quod ob mortem Clodii
 R. R. tantopere tumultuelur... Domi
 sua nobilissimus Vir, senatus propug
 nator, atque illis quidem temporibus
 pene patronus, auunculus huius nos
 tri iudicis, fortissimi uiri Martii
 Catonis tribunus plebis et Drusus
 occisus est. nihil de eius morte popu
 lus consultus, nulla secreta a senatu
 quaestio est. quantum luctum in hac
 urbe fuisse, a nostris parentibus acce
 pimur, eum p. africano domi sua

quiescenti illa nocturna Vis, esset
 illata? quid tuum non ingenuit?
 quis non arsit dolore? quem immorta-
 lem, si fieri posset, omnes esse cuperant,
 ejusne necessarium quidem expectatum
 esse mortem. etiam igitur ulla quæs-
 tio de affricani morte lata est? certe
 nulla quid ita! & at nunc aspice
 hujus nomen, quantas tragedias
 excitat... Vide et pro amerino exu-
 mero centesimo trigesimo primo.
Minorum ad majora, ut ci-
 uium cum Rege, unde regem non
 decet auaritia, quia ciuem non desit.
 ... Cicero pro lege manilia hortatur
 p. R. ad uindictam... et majores ves-
 tri saepe mercatoribus et nauicula-
 toribus injuriosius tractatis bella
 gesserunt: Vos tot Ciuium & millibus
 uno nuncio atque uno tempore neca-
 tid, quo tandem animo esse debetis?
 Legati quod erant appellati super-
 bium corinthum patres uestri potius
 gratia lumen extinctum esse uolue-
 runt. Vos illum regem inultum patie-
 mini, qui legatum populi R. consu-
 larem uinculis et uerberibus atq; omni

Supplicio^{ei} cruciatum necavit: Illi
 libertatem Civium & immunitatem
 non tulerunt, Vos vitam creptam ne
 gligetis: iudic legationis verbo violatum
 illi persecuti sunt, Vos legatum p. R.
 omni supplicio imperfectum et obtru
 catum inultum relinquetis!... Vide
 et post reditum in senatu numero 2^o,
 et 3^a in Verrem numero centesimo et
 vigesimo 7: et pro poelio numero quin
 quagesimo 4^o et pro planlio numero 26^o.

PARIUM ad paria ut adolescentis
 cum adolescente, unde aequum est te
 nauare operam scientiis comparan
 dia quia ceteri adolescentes aequales
 et coetanei tui nauant. Cicero calilina
 ria 1^a. Suadet calilina fugam... quo
 tandem animo hoc ferendum putas?
 Serui me herede meo, si me isto pacto
 metuerent, ut te metuunt omnes ciues,
 domum meam relinquendam putarem;
 et si me meis civibus injuria suspec
 tant tum grauitate atq; offendum uide
 rem, carere me aspectu civium, quam
 infestis omnium oculis conspici mal
 lem, tu cum seclerum tuorum consci
 entia agnoscat omni odium Iustum,

et jam tibi diu debitum, debitas quorum
 mentes sensusq: Vulnera, eorum præ
 sentiam aspectumq: Vitare, si parentes
 te timerent atq: edissent tui, neque eod
 ulla ratione placare posses, ut opinor,
 ab eorum oculis aliquo concederes. nunc
 te patria quæ communis est omnium
 nostrum parens odit, ac metuit, et jam
 diu te nihil dicat nisi de tuo parricidio
 cogitare hujus te neque auctoritatem vere
 dere; neq: Judicium sequere, neq: vim
 pertimescere. . . . Vide et pro Sylla nu
 mero 40 et pro Murena numero 35 et 36.

Capitulum quintum De Locis

communibus extrinsecis.

Sectio Prima Quid
 sit et quotuplex locus
 communis extrinsecus.

Locus communis extrinsecus Tullio
 unicuique est, sed eo multiplici, nam tes
 timonium aliud est diuinum, aliud
 humanum.

ad Testimonium diuinum refe
 runtur oracula, Vaticinia Sacerdo

lum, responsa augurum & Verum
 ista locum apud Elbenicos habuerint
 potissimum; nobis unum sit oraculum
 Sacri utroque codex veteris et noua
 legis, a qui ad religionem pertinent libri,
 auctoritate publica Ecclesia probati.

Humano testimonio comprehendun-
 tur scriptorum locusteliorum auctori-
 tate.

effata

Sententia

Prouerbia

exempla

Rumores

fama

et qua in Iudiciis praesertim Valent.

Leges

Testes

pacta

Tabulae

Signa

Iureiuranda

quaestiones

Prajudicia de quibus alia

In his porro citandis cum Sacrorum
 tum profanorum auctorum Testimo

30
mihi haec aut similes harum qua
Secuntur formulas licet adhibere.

Sectio Secunda
De Formulâ Testi
moniorum Citandorum.

Citandi auctorum Testimoniâ
formulâ hujusmodi poteris adhibere
Verba Ciceronis in præsidium ad
duco.

Habete testem hujus rei locupletem.

Nec discedunt a me prudentes Plato
mihi præit, sequitur Aristoteles &
ad Veteres prouoco.

Quod Poeta his Versibus depinxit.
aureum, factum, et Verum bionidæ
illud &.

Exosculor illam uatis non Vanâ
sententiam.

Dignissima est auris inscribi
litteris, uel menti commendanda peni
tus et sapientia memoria retractanda,
illam Tullii Ciceronis sententiam.
ad rem et apposite tullius.

Nec uates ille uanus qui cecinit &
Præclara illa Vox et præclaro
uero dignissima.

Plinius a me stat et fidem facit
Oraculi instar habet illud Socratis.

Bi

Cum Catone et dico et sentio.
 Seneca paucis verbis id testatur.
 Huc vero respexisse videtur Homerus.
 Hic vero audiendus Cicero.
 Solonis quidem sapientis grave est
 illud elogium non injuriose exclamat ille
 Livius breviter et cogitate scripsit.
 Pocuplelissimus testis est Plato.
 atq; huic opinioni adstipulatur Seneca.
 Gregii sunt Euripidis versus.
 audialur antiquitate.
 Non temere igitur dictum.

Si Hesiodo credimus
 Ideo Plato prudenter monet.
 Diserte et apposite canit ille uates
 hoc verum esse testatur Catonis illa
 præclara sententia.
 audite illud Virgilii.
 aureum est illud Aristotelis Dic
 tum quare bene dicitq; præcipit ille phi
 losophus et sexenta id genus.

Sectio Tertia

De formulis

Citandorum exemplorum.
 In exemplis hac aut similes ha
 rum usurpare poterit formulæ.

32
Flurima et obuia sunt exempla
si quaerantur.

Illustrium exemplorum pleni li-
bri, plena memoria.

Exemplorum nullum illustrius
quam illud Taleia.

Inter multa praecelata facinora ni-
hil clarius quam quod &
atq: ne haec obscura et nuda uidean-
tur sine exemplorum appositione, uidete
quod so.

Quoniam uero Id iure fieri ui-
detur, quod exemplo fit &.

Tristinam ueritatis faciem his-
toria prisca reteguit. huc prouoco.

Subetne a familiari exemplo
diffusum praeccepti usum ducere.

Eadem est enim paupertas apud
graecos In aristide iusta, in Thocione
benigna, in Epaminonda strenua, in
Soerate sapientia, in homero diserta;
Eadem paupertas etiam p^o R. imperium
a primordio fundauit non referam tibi
Soeratem, chrisippum, Zenonem &

Capit Sextum
De locis singulorum

Generum propriū.

Locū peculiarē alii sunt generis demonstratiui, alii deliberatiui alij iuridicialia.

Sectio prima Generis Demonstratiui Locū Peculiarē.

Genera demonstratiuum supra distribuimus in duas partes, laudationem et Vituperationem.

Porro laudamus et vituperamus personam, rem, factum sit itaque.

Sectio Secunda De Laudatione aut Vituperatione personarum

In persona laudanda aut vituperanda locū occurrunt præcipue.

a Patria quæ uel humilis uel præclara.

a genere quod est honestum uel infame illustre uel obsecrum.

a natalibus si quod insigne illorum tempore acciderit.

α *Natura* qua' duabus partibus continetur animo et corpore, ad animum quinque referuntur, Ingenium, Iudicium, memoria, Studium, mores, ad corpus referuntur quatuor, Sanitas, robur, agilitas, pulchritudo, & contra si Vituperemus.

α *fortuna*, cui subijciuntur omnes, quare quid vel privatius vel magistratum gerere possidet, quibus utitur bene aut male.

αβ *institutione* qua liberaliter aut illiberaliter.

α *Rebus gestis*, quare secundum singulas virtutes aut vitia singula expendemus.

αβ *Honoribus* quibus aut Virtutis ergo, quare politus est, aut ob vitia privatius est.

α *Morte*, quam si quid insigne praecesserit aut consecutum adverte mus; in qua generis Mortis et causam considerabimus, postquam funebres honores, reip. Iacturam, luctum bonorum attendimus.

Porro in laudando aut vituperando, vel temporum ordinem sequemur, vel

generum.

Generum si in sua quaque genera,
singularem rē dicta, factu distribuerimus;
quo pacto in oratione pro lege manilia
Cicero laudes Pompei distribuit in scien-
tiam rei militaris, virtutem imperato-
riam, auctoritatem, fortunam.
hic ordo posterior plus habet artificii,
atque adeo difficilior est; ille prior minus;
atque adeo expeditior.

Sectio Tertia de laude verum aut Vituperatione.

Rebus laudandis aut vituperan-
dis sui sunt etiam accommodati loci:
Sed res vel sunt, provincia, Ciuitas,
Regio, aedificium &

Vel mentis habitus, ut Virtus, Vi-
tium, scientia, ars aliqua &

Vel aliud quidlibet ut flos, gemma,
vestis, supellex, fons, arbor &

Regioni aut urbi et ceteris id ge-
nerum, conueniunt hi loci.

ab antiquitate

α Conditoribus

ab aedificiis

a fertilitate

a salubritate aeris

a legibus atq: institutis

a moribus incolarum

a Rebus in ea gestis

ab opibus

a privilegiis

a commercio cum ceteris gentibus

Quae singula duplici fere capite continentur utilitatis et Voluptatis.

Habitus animi his locis laudantur

ab honesto

a glorioso

a Iucundo

ab utili

a necessario

a facili et difficili

et contra De utilitate.

factum his locis commendabimur.

ab honesto

ab Utili

a Iucundo

a difficili

Si quid quid primus fecit

Si solus vel cum paucis

Si magis opportune

Si saepe
Si ex hoc facto summa laud in au-
thorum, in temp, in amicos redundarit.

Sectio Quarta
Generis deliberatiui loci
peculiaris.

Suadentia
a Legitimo quod tam a iure scripto
quam a consuetudine respicitur,
ab aequo et pio huc refertur quod
ad diuinum cultum; parentum, ami-
corum, et civium charitatem pertinet.
a iucundo
a possibili et facili qui duo loci
probantur per circumstantias.
a utili
a necessario

a Futo
ab honesto quid sit honestum desinit
Cicero libro 2º de finibus numero qua-
dragesimo h.

Dissuadentia
ab illegitimo
ab iniquo et impio
ab indecuro
ab iniucundo
ab inutili
a Difficili

ab Impossibili

α Periculoso: utitur nempe
ad suadendum difficili et periculoso,
quod e magno periculo, magna difficul-
tate laus major consequatur.

Sectio quinta generis
Juridicialis loci, Peculiaris.

Juridiciale dicendi genus varios
habet locos pro diversitate status.

Statua est constitutio causae, seu
praecipua quaestio, ratio, argumentum,
ad quod reliqua referuntur.

Statua aliud est conjecturalis
in quo quaeritur an sit factum, exem-
plum habes in oratione pro Coelio ubi
quaeritur an Coelius Clodiam uenenum
pauerit.

Qualitativa aliud in quo quari-
tur quale sit id quod factum est, ha-
bes exemplum in Miloniana ubi
quaeritur jure an injuria Milo Clodi-
um occiderit.

